

cum pontifice in uinculis habitos: uenditis direptisque omnibus eorum bonis Constantinopolim deducit: Felici Archiepiscopo iustinianus cadentis eris inspectioe uisum hebetauit: atque una cum ceteris Rauennatibus per ponti oppida relegatos diuisit. Hanc cladē Rauennatē: ut scriptores tradunt si quis non solum huius belli langobardici rē percenscat: Sed gotthorum quoque calamitates: uix ullā reperiet huic ab infelicis pontificis temeritate exortē: conferendā. Neque dubito finitimos circa populos exhorruisse: cum spoliata tam breui ciuibus nobilioribus primariā Italiæ ciuitatē uiderent. Quæ nuper alias oī florisset opulentia. Sibique mirū imodū pertimuisse. Adeo fluxa incertaque erant oīa. Eo miserabiliora quo haud satis statuere aīo possent: imperatoria ne sequeretur signa an langobarda. Cū par utrinque periculū non parentes cōsectaretur: ueneti quidē non miserari non poterāt quātū licet iis ī rebus: Quæ alioquin ex usu cōmodo que accidere uidentur. Nam quū ea ciuitas in uisceribus harū paludū hereret: non poterat non cū periculo libertatis uenetorum oppidorū accrescere. Nec decrescere quidē. Quin eorum libertas tutior: & ceterę cōmoditates ampliores redderentur. Haud ignarus sum aliquot me annos excurrisse: Ex quibus ueneti primū iam sibi ducem delegerant. Ceterum malui prius iustinianum expedire: & applicare superioribus: ne in sequentem librum seriem narrandi nostram interruptio aliqua turbaret.

LIBER DECIMVS.

Vo pacto auctæ Venetiæ: & præcipue Riualtus uel frequentia ciuium: uel locorum amplificatioe: superius declaratum. Vt non ab re quæspiam forte miretur tot loca tanto inter se spacio distantia hinc inter barbaros constituta & suspecta oīa hinc uero inter piratas illyricos: quasi tamē uno eodēque spiritu: tot sæculis libertatem tueri potuisses: sed longe magis ea increscit admiratio: quæ annis fere sexcentis (tot. n. fluxere ab ecclesia prima in Riualto cōdita usque ad primū fortunę felicioris accessum: quæ aīo domini millesimo aspirauit). Nihil unquā ab externis uenetę genti suis instagnis fuerit ereptū: Nihil ipsi terra: uel mari alieni acquisitū. Continuere se se propriis estuariis inclusi littoribus & continentis ora. Prima siquidem illis fuit dalmatiæ receptio. Nam cum ab accolis montanis per principum seditiones assiduīs uexationibus premerentur. Imperiū aut orientis indies concideret: ut auxiliū afflictis sociorum rebus ferre non posset sponte uenetos Dalmatiæ accersiere. Qui explorato imperatoris consensu: magna confecta classe. Duce petro ursoilo urbes illas acceperē inditio nem. Hæc mari. Terra uero ante annos mille ab urbe condita Dominatus gratia in continentem ueneti pedem non posuere. Ea cum mente mecum ipse uolutarem uidebam hanc tarditatem accidisse. Qui maria fere oīa portus insulaque stante Romano imperio: facile in officio ac pace cōtinebā-